NONNULLA DE HYDROCEPHALO CHRONICO CONGENITO.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA,
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS
IN
UNIVERSITATE LITERARIA GRYPHIVALDENSI
AD SUMMOS
IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES
RITE IMPETRANDOS 1834
DIE X MENS. Jul. A. MDCCCXXXIV.
PUBLICE DEFENDET

AUCTOR
JOAN. THEOD. PFALZGRAF
POMERANUS.

OPPONENTIBUS:
LOWEG, MEDIC. ET CHIRURG. DR.
SALINGER, MEDIC. ET CHIRURG. DD.
MUELLER, MEDIC. ET CHIRURG. CAND.

ACCEDIT TABULA LITHOGRAPHICA.

GRYPHIAE,
TYPIS FRID. GUIL. KUNIKE. REG. ACAD. TYPOGR.

PROOEMIUM.

Quum ufus et leges academicae poftulent, ut de re quadam ex amplo medicinae campo differam, Hydrocephalum chronicum congenitum elegi defcribendum, quia hujus morbi exemplum in clinico medico hujus univerfitatis jam per aliquot annos exftitit, quod ob phaenomena evidentia et diuturnitatem inter cafus hujus generis rariffimos numerandum eft, ideoque dignum mihi videtur quod in publicum proferatur.

Hydrocephalum chronicum congenitum copiofe et perfecte tractare nec locus finit, nec vires ad hanc rem fufficere profiteor; accedit, quod de Hydrocephali aetiologia et therapia tam in univerfum, quam de variis ejus generibus in fpecie non minus a veteribus quam a recentioris temporis medicis multa copiofe et fubtiliter fcripta in lucem prodita funt.

Hoc potius in animo eft, ut communicando huic cafu ea adjungam, quae ad hydrocephalos ejusdem magnitudinis et diuturnitatis, eorumque conditiones caufales et, de qua recentiore tempore faepius fermo fuit, curam hydrocephali per Paracentefin fpectent. Quum vero ad hanc rem magna literaturae fcientia opus fit, nec minus ea major et amplior fit,

quam ut totam amplecter, lectorem beneve-
lum, ſi quid usquam omiſerim, ut veniam
mihi det, oro.

Eum quoque ſpes fallet, qui exſpecta-
contigiſſe autori, ut Hydrocephali chroni-
congeniti cauſam proximam detegeret, eoqu-
novi aliquid proferet; ſed hanc rem diffici-
limam eſſe cenſet, eamque effici omnino no-
poſſe, priusquam cerebri phyſiologia mag-
illuſtrata ſit. Igitur lectorem, qui hos prim-
ſtudiorum fructus perlegat, oro, ne ſeveri-
eos dijudicet, ſed erroribus, ſi qui irrepſerin-
benigne ignoſcat.

HISTORIA MORBI.

Christina Johanna Hempel anno 1795 Gryphiae nata est patre, qui phthisi laryngea periit, matre, quae ex phthisi pulmonali mortem obiisse dicitur. Mater, in partu hujus filiae permultos dolores et molestias perpessam se esse, saepe narrabat, et de hisce permagnum accusabat caput, quod habuisset infans. Mater postea duos adhuc peperit liberos, qui hucusque integra semper valetudine usi sunt.

Illa, de qua sermo est, Hempel praeter magnum caput, cum nulla corporis abnormitate in lucem prodiit. Ad sextum usque vitae annum nullo alicujus momenti morbo se vexatam esse dicit; corporis evolutio periodique dentitionis, crescente sensim capite, sine molestiis procedebant. Attamen, tinea capitis saepe se laborare, meminit. Anno aetatis sexto variolis corripiebatur, quarum vestigia in facie adhuc exstant. Sed ex his quoque revalescebat, valetudine ceterum non turbata, donec post dies nonnullos spasmi eam incessebant, qui ab hora quinta vespertina usque ad horam primam noctis non cessabant, posteaque interdum redibant, idque efficiebant, ut extremitates sini-

ſtrae ſenſim ſenſimque aliquantum paralyticae fierent, et manus et pes ejusdem lateris contractione muſculorum flexorum intus recurvarentur. Ante hoc tempus commode poterat ire: frequentabat ſcholam, et ſolerter legere diſcebat. Poſt annos nonnullos febri intermittente tertiana laborabat, quae remediis adhibitis mox cedebat. Ab anno ſexto usque ad quintum decimum ſaepius et diutius lecto jam affixa erat: quod quidem ſpasmis crebrius redeuntibus tribuendum erat. Praeterea caput ab ſexto vitae anno increſcere deſiiſſe contendunt.

Accedente periodo pubertatis in hac aegrota anno ſexto decimo menſtruatio primum apparebat, quae illo tempore multas moleſtias ſecum ferebat, initio profuſa, per octo dies plerumque manebat, quod nunc quoque accidit.

Hisce fere conditionibus apud parentes ad trigeſimum vitae usque annum vixit, ab omnibus ceteris morbis libera, et omnibus functionibus phyſicis et pſychicis plane integerrimis utebatur.

Quum, matre hoc tempore mortua et tenui re familiari, multis incommodis expoſita eſſet, in clinicum univerſitatis medicum recepta eſt, ubi octo jam annos apte nutritur et curatur.

Dehinc ſtatum exponam, quo nunc utitur, et quo ex annis octo, per quos in clinico degit, uſa eſt.

Bene ſemper erat nutrita, ejusque habitus, excepto magno capite, cujus circuitus viginti novem et dimidium pollices habet, curvatoque pede et manu, cujus ſupra mentionem feci, non morboſam ſed faſtidioſam ſpe-

ciem prae ſe fert. Caput tectum capillis, mala proportione cranii ad vultum inſigne eſt. Tubera frontalia magnopere prominent, frons ipſa latam magis format planitiem. Oculi ſub arcubus ſuperciliaribus longe repreſſi jacent circulo caeruleo circumdati. Ceterae faciei partes toti corpori reſpondent. Inter loquendum et ridendum muſculi faciei, praeſertim circa os et mentum haud voluntarie diſtorquentur, quo praecipue adſpectus aegrotae taediofus redditur. Os parietale ſiniſtrum majorem habet cavitatem, quam dextrum, quo fit, ut circuitus dextri lateris capitis a medio oſſe frontali ad medium usque os occipitale uno et dimidio pollice major ſit, quam dextri lateris. Os occipitale valde prominet, ut caput a latere conſpectum, ovale videatur, et a fronte magis anguloſam et diſtortam praebeat formam.

Appetitum habet bonum, niſi quod nonnunquam affectionibus gaſtricis laborat, quae preſſione in regione epigaſtrica, ſapore malo et amaro, lingua obtecta pateſiunt, ſed ſponte plerumque evaneſcunt, Interdum convulſiones doloroſas et curvaturas in ſiniſtra corporis parte ſentit, quarum cauſam eſſe preſſionem, per liquorem collectum in medullam oblongatam et ſpinalem effectam, qua impeditur, quominus ſubſtratum imponderabile nervorum libere propagetur, veriſimile eſt. Natura earum poſita eſt in proportione mala inter momentum, quod efficiunt nervi, motioni inſervientes, et telam fibroſam, qua motio efficitur. Excretio alvi ſuppreſſa et ſaepe doloribus conjuncta eſt. Faeces nonnunquam ſanguine infectae ſunt, id quod ſimul cum illa excretione alvi doloroſa haemo-

rrhoides indicat, quae, quamquam non aperte fese ostendant, tamen omnino non abesse videntur.

Nec praetereunda sunt nonnulla aberrantia psyches phaenomena memorabilia. Sensuum quidem functionibus omnino integris utitur, cum accurate audiat, olfaciat, sentiat et sapiat; attamen oculi sinistri facultas videndi debilitata quodammodo videtur, sano ceterum oculo dextro. Neque vero in exploratione externa oculi sinistri aberratio aliqua a statu normali invenitur. Intelligentia aegrotae et reminiscendi facultas optimae sunt, ita ut nunc adhuc rerum exigui momenti ex juventute memoriam teneat. Quod attinet ad ejus stimulos et libidines, instinctus sexus magnopere auctus esse videtur, id quod non solum ex ejus gestibus patet, cum primum vir aliquis eam convenit, sed etiam ex eo, quod si quis manum ei porrigit, toto corpore tremit, inter quod urinam haud voluntarie emittere dicitur. Haec ad sexum virilem inclinatio nymphomaniae non absimilis est.

Animi status nil abnormitatis praebet, nisi quod perfacile, cum rebus necessariis caret, si hae non statim praebentur, ira incenditur; plerumque vero alacris est et hilaris.

Definitio et divisio hydrocephali.

Hydrocephalus (ab ὕδωρ. aqua et κεφαλή caput) plerumque significat abnormalem aquae collectionem in capite et intra et extra cavum cranii, cujus primum genus hydrocephalus internus, alterum externus vocatur.

Qui secundum hanc divisionem hydrocelus externus nominatur, non recte hoc nomen

enet, fed potius nomen oedematis feret, quod
quae collectionem in tela cellulofa fub cute fig-
ificat, ideoque etiam in aliis corporis locis
ccurrere poteft.

Hydrocephalus internus pro fingulis locis,
n quibus aqua collecta in cavo cranii invenitur,
n plures fpecies dividitur. Fieri enim poteft,
t fluidum abnormale inter fuperficiem inter-
am offium cranii et duram matrem, aut inter
anc et piam matrem, aut piam matrem inter
t arachnoideam, aut inter hanc et cerebrum,
ut in ipfis ventriculis cerebri inveniatur.

Multi autores decurfum hydropis ventricu-
orum acutum effe contendunt, ejus vero hy-
rocephali, quum aqua in aliis cavi cranii locis
nvenitur, chronicum fignificant. Attamen in
oc cafu etiam in ventriculis cerebri aqua faepe
ollecta eft, cerebrumque ita extenfum, ut cu-
is tenuis formam adaequet; raro adeo ventri-
uli aqua carent, fi haec inter internam cranii
uperficiem et duram matrem invenitur.

Nullo modo igitur hydrocephalus, fi e. g.
nter meninges cerebri et internam cranii fuper-
iciem aqua collecta eft, femper chronice decur-
it, quod multi autores volunt. Illuftriffimus
. Frank [1]) qui hydrocephalum dividit in hy-
ropem meningum (H. meningeus) cum aqua
nter meninges, et in hydropem ventriculorum
erebri (H. encephalodes) cum fluidum in ip-
s ventriculis collectum eft, hoc fere modo de
ac re dicit: nec etenim ratio eft, cur, hydro-
em encephaloden plerumque, fi cerebri apud

---

1) de curand. homin. morbor. Epitome. Tubingae 1811. Libr. VI. P. 1. pag. 162.

infantes ventriculos tangat, acutum eſſe faten-
tes, meningeum ideo nunquam cum febre a-
more acutorum morborum incedere, ſemperqu
chronicum eſſe praetendamus.

Aptiſſima hydrocephali diviſio ea eſt, qua
ipſius morbi decurſus rationem habet; igitu
in hydrocephalum acutum et chronicum, quipp
quae diviſio et morbi naturae reſpondeat, et
quod attinet ad ejus curam, maximi ſit moment

Hydrocephalum acutum inflammatio cere-
bri ſive meningum cum febre conjuncta praece-
dit, et effuſio ſive exſudatio productum eſt hu-
jus inflammationis. Hydrocephalus chronicu
ſemper fere congenitus eſt. *Meckel* [a]) natu-
ram hujus morbi in eo ponit, quod cerebrum
in inferiore normali gradu evolutionis remanſe-
rit. Quodſi aqua inter externam cerebri ſuper-
ficiem et cranium ſeſe colligit, *Meckel* hanc pri-
mam periodum evolutionis cerebri eſſe cenſet
cum primo embryonis tempore cerebrum tan-
tum parvum ſit, et ex baſi ſe efformet. Si igi-
tur organa formantia non id agunt, ut efforment
ſed potius ut extrinſecus ſecernant, cerebrum
magis magisque per aquam ſeſe cumulantem re-
primitur, et caput in magnitudinem enormem
extenditur.

Statui normali propior ideoque, ut ita di-
cam, remanſio in ſeriore evolutionis gradu eſt
hydrocephalus congenitus ventriculorum. Ce-
rebrum cavum ſuum jam fere explevit, quo facto
activitatem ſuam magis ad ſecretionem quam ad
efformationem convertit, et plus minus imper-

---

a) Patholog. Anatomie. 1 Bd. Halle 1812. S. 260.

fecte efformatum aut destructum, pulti simile, invenitur.

Origo igitur hydrocephali chronici triplex erit:

1. Congenitus est, ante partum jam existit, et post partum aut magis efformatur, aut hoc in statu remanet.

2. Post partum oritur atque efformatur, et quidem:

a. per conditionem causalem ex statu foetus, aut

b. talibus causis, quae serius accedunt et momentum exercent, et quibus cum illis nulla intercedit conjunctio.

3. Tertium hydrocephali chronici genus id est, quod procedit ex inflammatione acuta, cum morbus ad exsudationem quidem procedebat, sed ea vi carebat, qua organismum plane diruere valeret.

Ex hisce divisio hydrocephali chronici foetus, neonatorum, aetatis provectae quin etiam senilis prosequitur [3]). Divisio hydrocephali chronici adhuc addenda est in talem, qui majoris et qui diminuti voluminis est. Prioris causa est nimia aquae collectae multitudo; alterius vero praematura ossificatio fonticulorum et suturarum, qui quidem semper inter congenitos numerandus est. Ejus modi infantum partus celeriter procedit; attamen plerumque mortui pariuntur, aut brevi post e vita rursus decedunt. Quodsi nonnulli diutius vivunt, in iis ne vestigium quidem animi evolu-

---

3) Diction. des sciences medicales. Tom. XXII. pag. 242.

tionis ſe oſtendit, eorumque vita debilis c maximaque miſericordia digna.

Symptomata, quae cuique hydrocephali chron generi magis minusve propria ſunt.

a) Symptomata, quae ad formam et ma gnitudinem cranii ſpectant.

Symptoma maximi momenti eſt major v minor extenſio capitis, quod ad magnum ſaep pondus increſcit. Quae vero cranii extenſi interdum non ab omni parte aequalis eſſe po eſt, cum nunc occiput, nunc magis oſſa pari talia, aut alterum eorum promineant, plerum que autem tubera frontalia magnopere proce dant. Hac re fit, ut oſſa faciei quae rariſſim a ſtatu mormali decedunt, oſſibus cavi cran non reſpondeant.

Nonnulli caſus, in quibus permagna ex tenſio capitis obſervata eſt:

Meckel [4]) in foetu ſeptem menſium capit circuitum 16, in alio foetu maturo 17, et in ter tio foetu maturo 18 digitorum invenit.

Lechel [5]) in infante hydrocephalico trium menſium capitis circuitum ſeptemdecim digito rum vidit.

Freckelton [6]) infantem videbat octo men ſes natum, cujus caput 21½ digitos in circuit habebat.

Dixon [7]) infanti hydrocephalico tres men ſes nato caput 21½ digitorum fuiſſe, tradidit.

---

4) in libr. citat. pag 278.
5) Philoſoph. transact. Vol. 42. pag. 278.
6) Gerſon und Julius Magazin. 1822. Heft 4.
7) Dunkan med. comm. Dec. I. Vol. X. pag. 322.

Wrisberg [8]) liberavit Judaeam ope perforatorii foetu mortuo, cujus cranium 30½ pollicum erat.

I. Glover [9]) hydrocephalum vidit ſex menſium, qui 28½ digitorum erat.

Willan [10]) in infante viginti menſes nato capitis circuitum 2½ pedum invenit.

James Voſe [11]) hydrocephalum vidit ſeptem hebdomadum, qui normalem magnitudinem ter ſuperabat.

D. C. Klein [12]) mentionem hydrocephali ſedecim menſium, qui 32 digitos in circuitu habebat.

Friend [13]) in infante duorum annorum cranii circuitum, circa os frontale et occipitale 29 digitorum videbat.

Witmore [14]) infantem ſex menſium ſe vidiſſe tradidit, cujus caput 23 digitorum erat.

Malacarne [15]) hydrocephalum quindecim annorum 25 digitorum invenit.

Büttner [16]) hydrocephalum 30 digitorum vidit.

Lizars [17]) commemorat, infantem ſeptemdecim hebdomadum caput habuiſſe, normali magnitudine duplo majus.

---

8) Salzb. medic. Zeitg. 1805. Bd. 1. S. 92.
9) New-York med. Repoſitory. Vol. IV. 1818. pag. 405.
10) Dunkan med. comm. Dec. I. Vol. VIII. pag. 322.
11) London med. and ſurgic. Transactions. Vol. IX. p. 2. pag. 354. 1818.
12) Kurze Beſchreibung einiger ſeltener Waſſerköpfe. Stuttgart 1810. pag. 10.
13) Act. n. c. t. VI. pag. 177.
14) Gerſon und Julius Magazin 1822. Heft 4.
15) Dunkan med. comm. Dec. I. Vol. VIII. pag. 322.
16) Beſchreibung des innern Waſſerkopfes. Königsberg 1773. S. 10.
17) Edinburgh med. and ſurgic. Journ. April 1821.

Monro[18]) in puero octo annorum caj
26 digitorum invenit.

Rob Brown[19]) in infantem quinque me
ſium incidit, cujus cranium 15½ digitorum er

Rob. Gray[20]) videbat in infante nove
menſium caput 27 digitorum.

Fr. W. Oppenheim[21]) in infante quinq
menſium caput 18 digitorum invenit.

E. Fr. C. Schunk[22]) hydrocephali menti
nem facit, qui 28½ in circuitu habebat.

K. Millers[23]) caſum obſervavit, quo h
drocephalus undecimo vitae menſe oriebat
et tandem magnitudinem 31 digitorum ac
piſcebatur.

Himly[24]) hydrocephalum vidit, qui
vita 35 digitorum, poſt mortem 33¼ digitoru
erat.

Hood[25]) enarrat, hydrocephalum ſe v
diſſe cujus diameter 21½ digitorum erat.

Money[26]) in infante decem menſium cr
nium 23 digitorum invenit.

Dr. d'Alguen[27]) anno 1818 puerum videba
hydrocephalo chronico laborantem, cujus ca
pitis circuitus 3¼ pedum metri Rhenani era

---

18) Anmerkung zu Roſenſtein. S. 649.
19) London med. and phyſic. Journ. 1824. Vol. 5
pag. 162.
20) London med. and ſurgic. Journ. Vol. 54. pag. 204.
21) Ruſt's Magazin. Bd. XXIV. pag. 89.
22) Inauguralabhandlung über den Waſſerkopf. Erlangen 183
23) Kleinert's Repertorium. Heft IX. S. 61. 1827.
24) ibid. Heft XI. S. 85. 1828
25) Edinburgh med. and ſurgic. Journ. Vol. XVII. Oc
1821.
26) Lond. med. and phyſic. Journ. Vol. 52. 1824. p. 4
27) Kleinert's Repertorium. Heft VI. S. 42. 1829.

Horner [28]) infantem duodeviginti menſium idebat, qui caput 28 digitorum habebat.

Ever. Home [29]) hydrocephalum deſcripſit, ui anno undevigeſimo 58½ digitorum in cir-uitu habebat, et quinto menſe tantus jam erat, t parentes ab hoc inde tempore eum non reviſſe putarent.

Dr. Reed [30]) hydrocephalum commemo-at in infante quinque et dimidii annorum, ui circa ſupercilia et occiput 29½ digitorum, b altera aure ad alteram 19 digitorum, circa entum et verticem 31 digitorum erat. At-amen haec proportio mala inter oſſa faciei t cranii non ubique adeſt.

Wrisberg. [31]) mentionem fecit pueri ſe-temdecim annorum, qui neonatus ab hydroce-halo corripiebatur, et cujus oſſa faciei cum ce-eris corporis partibus comparata nimis magna rant, ita ut hoc caput gigantis eſſe videretur.

Nonnunquam caput tam magnitudine quam orma a ſtatu normali non declinat, aut quod arius evenit, pro ceteris corporis partibus multo inus eſt. [32])

Quodſi extenditur caput, ſuturae hiare in-ipiunt, quae intervalla membranis explentur; onticuli extenduntur, ſub quibus fluctuatio ob-ervari poteſt. Interdum intervallum illud mem-ranoſum ita aquae multitudine extenditur, ut utis ſurſum tollatur et hoc modo veſica, aqua

---

28) ibid. Heft III. S. 128. 1830.
29) Mediz. chirurg. Zeitg. 1815. Bd. 3 Seite 297.
30) Mediz. chirurg. Zeitung. Bd. 1. Seite 198.
31) in libr. cit. 1805. pag. 85.
32) Goelis Kinderkrankheiten. Wien 1818. S. 7.

impleta, praetereaque extrinſecus tumor ſ ctuans et elaſticus formetur. *Ruysch* [33]) p res ejusmodi tumores obſervavit, qui caput onati, et in his unum, qui totum infantis c pus magnitudine ſuperabat. Quodſi hi tumo premuntur, minores redduntur ſimulque ſy ptomata preſſionis cerebri provocant. Oſſa cr nii ſaepe longiora, latiora tamque tenuia ſu ut pellucida videantur, vaſa majora et ſinus noſcantur, et poſita poſt caput luce, per cut aquam videre liceat. [34]). Attamen ſutu clauſae oſſaque cranii dura et craſſata inveni tur. [35]) Sic cranium illius Hempel, cujus j ſupra mentionem feci, ex oſſibus ſolidis com poſitum eſt.

b. Symptomata functionum ſenſuum tu batarum et mutatarum.

Aegroti hodrocephalici nonnulli omnib ſenſuum functionibus integris utuntur, qu Hempel noſtrae contingit.

Oculi ſaepe ſplendent, carentque aegr facultate ſigendi eos in objectum aliquod, cu ſponte ſua oculi circumagentur; in aliis viden facultas debilis eſt. Nares plerumque ſicc ſunt, olfactus ſaepe quam acutiſſimus, nonnu quam fallens; bono auditu maximam partem i ſtructi ſunt, ut infantes minimo ſtrepitu e ſomn expergeſiant, et extemplo ſpaſmis corripiantu Pauci auditu malo laborant.

Goelis [36]) in omnibus hydrocephalis, q valde parvi erant, et in quibus ſuturae ante pa

---

33) Dict. des ſcienc. med. P. XXII. S. 243.
34) Fleiſch's Kinderkrankheiten. Pars III. pag. 8.
35) Ephemerides N. C. Cur. I—II. Obſ. 29.
36) in libr. cit. S. 20.

um aut primis vitae menſibus clauſae jam erant t fere oſſificabantur, nullum ſenſum, tactu ex-epto, evolutum invenit. Nec ſtrepitus major, eque lux clariſſima, neque odores neque ſapo-es, organa auditus, oculi, narium vel palati ullo ıodo afficiebant. Tactus tamen levia veſtigia ſſe oſtendebant.

Symptomata, quae ſtatus vitae pſychicae raebet.

Status animi facultatum magnam praebet arietatem quod attinet tam ad ſtabilitatem quam d declinationem earum. Nonnulli aegroti vita ſyches omnino integra, ut noſtra aegrota Hem-el, gaudent. Nihilominus, quamquam multa jusmodi exempla occurrunt, multa etiam inve-iuntur, diverſi generis. Saepe functionis animi liquae partes magnopere excultae ſunt, quam-uam aliarum ne veſtigium quidem exiſtit.

Goelis [37]) commemorat, aegrotum quen-am hydrocephalicum, duodecim annos natum, eterum obtuſo animo, memoria numerorum gregia et magna morum bonitate fuiſſe. Seri-re vero morbi decurſu earum locum oblıviſ-entia univerſalis, completa animi imbecillitas, ertinacia, ulciſcendi cupiditas et ira obtinere ıcipiebant. Alius quidam puer octo annorum ydrocephalo congenito laborans ad quartum sque aetatis annum pedibus paralyticus erat, mnesque ejus animi functiones ſic oppreſſae in-eniebantur, ut plantae inſtar vegetaret. Su-ito animi vincula, quae per quatuor annos per-ulerat, rumpi videbantur, loqui diſcebat, ſine

37) ibid. S. 17.

fulcro ſurgere valebat, memoriae, judicii bo-
tatisque ſigna praebebat.

Caſus, iſtis partim ſimiles, partim diſſi-
les memoriae traditi ſunt:

Michaelis [38]) obſervavit aegrotum,
per viginti novem annos incorruptae erant an
facultates.

Monro [39]) alia bona memoria et hi
animo praeditum vidit.

Trews [40]) puellam duodecim annorum i
venit, quae ſana mente utebatur.

Millers [41]) in aegrota ſedecim et dimidi
annos nata inturbatam intelligendi facultate
invenit.

Dunkan [42]) aegrotum loquacem vidit.

Horner [43]) infantem quendam octodeci
menſium valde docilem fuiſſe narrat.

Home [44]) aegroti hydrocephalici menti
nem facit, in quo omnes animi functiones a
omni turbatione liberae erant.

Reed [45]) de hydrocephalico quodam qui
que annos nato narrat, qui animi vires fere u
que ad mortem integras ſervavit.

Alii, ut *Hildanus*, *Roſenſtein*, *Loder*, *Fe*
ler omnes, *Monro* nonnullos aegrotos maxin
ſtupidos habebat; *Goelis* incidit in hydroceph
licos fatuos et hebetes. *Schmitt* [46]) in iis max

38) Med. commun. Vol. I. No. XXV. pag. 404.
39) in libr. cit. S. 649.
40) N. act. nat. curios tom. II. pag. 394.
41) in libr. cit. S. 128.
42) Roſenſtein's Kinderkrankheiten. S. 649.
43) in libro citat.
44) in libr. citat. S. 297.
45) in libr. cit. S. 198.
46) Mediz. chirurg. Zeitg. 1804. Bd. IV. S. 234.

iam animi ſtupiditatem invenit. *Dreyſſig* et
oelis ſenſuum externorum debilitationem ſimul
ım oppreſſione animi facultatum morbique
volutione procedere contendunt, atque hanc
m exemplis confirmant. Alter eorum pue-
ım quendam noverat, qui, oriente hydroce-
halo chronico, ſenſu acuto res objectas reci-
ebat, cum ratione discernebat et dijudicabat,
udenter agebat, poſtea vero ſenſim gradatim-
ıe hebes, ſtupidus, ſurdus, mutus ac paraly-
cus fiebat. Certi quidquam conſtitui non po-
ſt de eo, quod in certo aliquo hydrocephali
ıronici evolutionis momento hae vel aliae
fectiones morboſae pſychicae appareant. In
nnullis enim aegrotis omnes fere pſychicae
res integrae inveniuntur, in aliis commixtae af-
ctiones morboſae ſeſe oſtendunt, aut ex ani-
i, aut e voluntatis aut intelligentiae cyclo
ocedentes; in pluribus aegrotis nonnullae tan-
m pſyches functionum partes prae ceteris mor-
ſe affectae ſunt, ut nunc animi, nunc volun-
tis, nunc intelligentiae morboſe affectae ſym-
omata abnormalia evidentius appareant.

Quod maxime variabilis et mutabilis animi
conditio, inſtinctusque nonnulli et libidines
agnopere prae ceteris augentur, hujus rei
ulta ſunt exempla. *Goelis* [47]) puellam ſep-
m annorum, carentem omnino intelligentia,
icundam et malignam fuiſſe tradidit. *Schnei-
r* [48]) aegrotum commemorat, cujus facultates
telligendi partim abnormaliter adauctae, qui
ıore incenſus, avarus et iracundus erat. *Goe-*

7) in libr. citat. S. 19.
8) Medic. chirurg. Zeitg. 1811. 1. S. 290.

lis [49]) aegrotum quendam alterius ſexus am-
tiſſimum et cupidiſſimum fuiſſe, narrat.

Noſtra aegrota ad ſexum virilem miru
modum propenſa eſt, ut hic ejus ſtatus nym
maniae haud abſimilis ſit. Cujus quidem p
penſionis ad ſexum virilem quum pluribus
a ſciptoribus mentio ſit facta, de ejus cauſa
nihil certi conſtitui poſſit, haec opinio non p
tereunda videtur, ſingulas cerebri partes uni
pluribus functionibus certis inſervire. Pra
pue recentioris temporis phyſiologi hac re p
ſcrutanda multum occupati fuerunt. Sic ce
bellum organum voluntatis et cupidinum cr
tum eſt. Quod ſi ita eſt, nonne illud, quod a
in cavo cranii collecta in cerebellum exercet, i
mentum per medullam ſpinalem in nervos ſac
les, eoque modo in ea organa, quae functio
bus ſexualibus praeſunt, vim quandam exerce
atque in iis ſtatum commutatum et a norma
clinantem provocare valeat? Preſſionem, p
liquorem in cerebellum et ejus continuation
effectam, libidinis ad ſexum alterum auctae e
cauſam, eo quoque probari videtur, quod in e
lepſia ſanguinea ſaepe priapismus, et in homi
bus ſuspenſis effuſio ſeminis invenitur, qua
re cerebri ejusque continuationis connexus cu
genitalibus apparet. Hoc breviter tantum ſi
nificare licebat; ſperamus autem, fore, ut o
ſervationes poſthac inſtitutae accuratius hanc re
explicent, praecipue ſi in obductionibus eoru
qui ex hydrocephalo perierunt, animi medic
rum in hoc praeſertim convertentur.

---

49) in libr. cit. S. 19.

d) *Symptomata turbatae ſenſibilitatis et motionis.*

Multi hujusmodi aegroti motionem voluntariam integram ſervant, ita ut bene incedere, et ab uno ad alterum locum ſeſe conferre poſſint, praeſertim hoc in primis vitae annis evenit; alii motionis expertes ſunt nec niſi auxilio alieno locum mutare valent. Attamen hoc maxime diverſum eſt pro morbi intenſitate et gradu, quem adeptus jam eſt. Infantes hydrocephalo laborantes ſerius ire discunt, incerte quodammodo incedunt, titubant. Hoc modo multos ſaepe annos degunt, donec convulſiones et ſpaſmi vel ſubito vel paſſim nonnullas corporis partes, quin totum corpus corripiunt, e quibus diverſiſſimae paralyſes, et completae et incompletae, nonnunquam hemiplegia oriuntur. Aqua in cavo cranii collecta premendo medullam ſpinalem muſculorum movendi facultatem comminuere, planeque adeo tollere videtur. Praeter paralyſes curvationes nonnullorum membrorum nonnunquam inveniuntur, quod et Hempel noſtrae accidit. Coenaeſtheſis in hisce aegrotis magis minusve turbata eſt, ſicuti ſaepe intemperatura cutis laborant, ita ut indicationes de gradu caloris ſui falſae inveniantur; quod quidem ex impedita nervorum periphericorum functione, quae ſecundarie per aquae preſſionem turbatur, evenire videtur.

e. *Symptomata ſtatus reproductionis aliarumque vitae apparitionum.*

Appetitus aegrotorum nunc normalis nunc comminutus eſt; nonnunquam cibos diſiderant, quos antea non appetebant, nonnulli vero inſatiabilem ciborum habent cupiditatem cujus rei

Schmidt, Dreyſſig et *Goelis* multa exempla en[...] rant. Sitim raro ſentiunt, ut per plures ſae[...] dies potum non poſtulent. Urinae et alvi [...] cretio, quamvis maximam partem exigua [...] lenta, plerumque moleſtiis caret, attamen e[...] empla non deſunt, aegrotis ſua ſponte efflux[...] urinam. Deglutiunt impedite, praeter qu[...] nonnulli fluida difficilius devorant. Quo ma[...] caput increſcit, eo magis totum corpus ma[...] tenuatur, quamquam hujuscé caſus exempla co[...] traria exſtant. *Goelis* [50]) hydrocephalicos o[...] ſervavit pingues et robuſtos. In plurimis ſud[...] ris ſecretio normalis, raro aucta, ſaepe tam[...] partialis eſt. Celerem, parvum, variabilem pu[...] ſum invenerunt *Sachtleben* [51]) et *Dreyſſig* [52]) omiſerunt vero indicare, utrum in initio an i[...] fine morbi hacc variabilitas fuiſſet. *Goelis* [53]) nunquam niſi ſub morbi finem talem pulſu[...] invenit. Digeſtio plerumque bene cedit.

f. Diverſa vitae diuturnitas.

Ex iis, quae jam dixi, videmus, foetum jam ante partum hoc malo interire, neonatos mor[...] tuos in lucem procedere, aut brevi poſt partum [...] vita rurſus decedere. In aliis caſibus foetus ca[...] put, matris ſervandae cauſa, quod pelvis magni[...] tudini non reſpondebat, perforandum ideoque infans necatus educendus erat. Neque tamen caſus deſunt, quibus hujusmodi aegroti gran[...] dem aetatem adepti ſunt, quod exempla haec probent:

50) in libr. cit. pag. 15.
51) Klinik der Waſſerſuchten ꝛc. Danzig 1795. S. 389.
52) Pathol. der chroniſchen Krankheiten. Bd. 1.
53) in l. cit. pag. 39.

Fabric. Hildanus[54]) hydrocephalicum vi-
ebat, qui tertio vitae anno morbo correptus,
etatem 18 annorum assequebatur.

Spon[55]) alium 16 annorum invenit.

v. Swieten[56]) hydrocephalum 30 annorum
ommemorat.

Verduc[57]) casum 10 annorum observavit.

Blumenbach[58]) hydrocephali 17 annorum
ientionem facit.

Millers[59]) casum tradidit, quo hydroce-
halus undecimo vitae mense ortus 16½ annos
leptus est.

Loder[60]) de hydrocephalo 22 annorum
ripsit.

Malacarne et *Hartell*[61]) de aliis 17 an-
orum mentionem faciunt.

Schmidt[62]) incidit in hydrocephalum 24
nnorum.

Michaelis[63]) hydrocephalicum 30 anno-
m descripsit.

Chr. Gottl. Büttner[64]) hydrocephalum
ominis 31 annos nati invenit.

Schombert[65]) alium 48 annorum vidit.

---

4) Cent. III obs. 17. 19.
5) voyage d'Italie. Lion 1678. 12.
6) ad §. 1217.
7) oper. de chir.
8) Bibl. III. p. 616.
9) in libr. cit. pag. 61.
0) Rosenstein's Kinderkrankheiten. S. 646.
1) Meckels pathol. Anat. Bd. 1. S. 294.
2) Salzb. Zeitung 1800. No. 90.
3) med. communic. Vol. I. No. XXV. p. 404.
4) in libr. cit. S. 10.
5) de hydrope ventric. cerebr. Duisb. 1799.

Schneider [66]) virum, hydrocephalo lab
rantem 43 annos natum vidit.

Aurivillius [67]) de hydrocephalo inter
45 annorum ſermonem fecit.

Gall [68]) perſonam hydrocephalicam 54 a
norum vidit.

Dr. d'Alguen [69]) anno 1828 infantem d
cem annos natum hydrocephalo chronico lab
rantem invenit.

Ever. Home [70]) de hydrocephalo 19 an
norum diſſeruit.

Monro [71]) de puero 8 annorum hydroc
phalico mentionem fecit.

C. Fr. Schunk [72]) mentionem fecit hydr
cephali 35 annorum.

Noſtra aegrota 38vum vitae annum degi
et hisce ſub conditionibus longum adhuc tem
pus eam transacturam eſſe, exſpectandum eſt.

Aetiologia hydrocephali chronici congeniti.

De modo et ratione aquae productioni
ejusque cauſis efficientibus valde diverſae ſun
ſententiae.

Dr. E. Blaſius [73]) demonſtrare conatus eſ
eam, quae hucusque ab omnibus fere probat

---

66) in libr. cit. Bd. 1. S. 262.
67) Sandifort theſaur. diſſert. II. n. 14.
68) Anatomie und Phyſiologie des Nervenſyſtems. Pari
1810. Seite 599.
69) in libr. cit. pag. 42.
70) in libr. cit. pag. 267.
71) in libr. cit. pag. 649.
72) in libr. cit. pag. 35.
73) Ueber Pathogenie der Waſſerſuchten. Ruſt's Magazin fü
die geſammte Heilkunde. Bd. XXV. Heft III. 1828.

at, opinionem, in hydropibus aquam, in hu-
ani corporis cavitatibus collectam, organorum
ipsis sitorum formam et structuram pressione
ommutare valere, nullis argumentis probabi-
bus posse stabiliri, neque hydropis naturam
depositione materiae serosae absorbtioni non
spondente solum esse positam, sed affectio-
em morbosam totius reproductionis accedere,
cesse esse. Assentit sententiae, quam *Meckel*[74])
opofuit, in hydrocephalo repressam forma-
onem semper existere, cum organa nutrien-
a secernant potius quam forment. — Praeci-
ie *Casp. Frid. Wolfii* opinionem probat, mem-
anas serosas haud exiguum momentum in
rmando organa exercere. Nam inter utram-
ie membranarum serosarum superficiem anta-
onismum polaricum intercedere, putat, cum
: superficie externa solida, ex interna vero
iida formentur, et, ipsum corpus cum prae-
puis suis organis ex formatione hac serosa
ocedat. Quare et ille, formationis cerebri
tionem habens, hydrocephalum congenitum,
ncephaliam (Acephaliam spuriam), et aquae
llectiones cranium inter et superficiem cere-
i, re vera efformationes repressas esse existi-
at, gradu tantum differentes inter se, simul-
ie addit, non semper solam evolutionis op-
essionem, sed saepius quoque simul aberratio-
m ejus de via normali, nonnunquam hanc
lam existere.

Huic hydrocephali congeniti formationi di-
rsi sunt gradus, qui partim ex majore vel mi-
ore aquae collectae multitudine, partim ex for-

---

74) in libr. cit. S. 260.

mationis periodo, qua momenta noxia vim sua exercebant, eorumque intensitate pendent.

Hydrocephalus igitur congenitus ab his tribus causis provocatur: ex serosi halitus exhalatione modum transgrediente; ex partium solidarum cachexia, denique ex comminuta impeditaque resorbtione, quarum tamen rerum singula quaeque causas suas expostulat.

Causae disponentes.

Status cachecticus parentum vitaeque ratio nimis luxuriosa ad hydrocephalum in liberis provocandum magnam vim exercere dicitur. Evolutio ejusmodi foetuum, cum materia substrata ex qua prodeunt, morbosa jam sit, imperfecta tantum esse potest. Cerebrum igitur, quod organum primum formatur prae ceteris ad abnormitatem evolutionis posse inclinare, verisimile est, cum, quod *Osiander* [75]) tradidit, hydrocephali duorum mensium plane perfecteque efformati inveniantur. Quod autem hisce conditionibus semper hydrocephalus tamque raro aliorum organorum foetus hydrops provocatur, hujus rei causa ea esse videtur, quod ad conformandum cerebrum adaucta succorum congestio ad caput fit, quod quidem in oriente hydrocephalo acuto primis vitae annis saepe videre et in curatione ejusdem observare licet.

Mulieres multas praecipue ad liberos hydrocephalicos edendos inclinare, multis exemplis a *Pet. Frank* [76]) communicatis, probatur, cui occurrit foemina, quae septem partubus

---

75) Handbuch der Entbindungskunde. Bd. 1. S. 764.
76) in libr. citat. Libr. IV. pag. 337 — 46.

otidem liberos chronico interno hydrocephalo aborantes enixa erat. *Goelis* [77]) mulierem no-'erat, quae ſexies ſexto graviditatis menſe oetum mortuum hydrocephalicum partu edi-lerat, tres tantum liberos tempore normali in ucem prodiderat, qui tamen primis vitae die-ıus hydrocephalo vexari jam incipiebant. Plura dhuc ejusmodi exempla hoc loco recitata inve-imus.

Cauſae occaſionales.

Inter has autores multa momenta numerant, uae aut ante aut poſt partum vim ſuam exer-ent. — Quae hydrocephalum chronicum ante artum provocare valent, maximam partem hy-otheticae ſunt.

Roſenſtein [78]) et *Dreyſſig* [79]) terrorem ıatris imaginesque perverſas, animo propoſitas, ıcuſant.

Portenſchlag [80]) vehementes animi matris ɔmmotiones commemorat.

Praeterea aſthenia uteri, aſthenia univer-ılis, aetas provecta parentum, ſpirituoſorum ɔuſus patris ſeu matris, veſtimenta abdomen ravidae comprimentia, funiculus umbilicalis ɔllo circumvolutus, coitus ultimis graviditatis enſibus non omiſſus.

Girtanner [81]) ſuccos ſyphilitide corruptos parentibus in liberos translatos cauſam exi-mat.

Diuturna et vehemens capitis incarceratio ter partum, ut quivis partus difficilis.

77) in libr. cit. S. 78. 78) in libr. cit. pag. 643.
79) in libr. cit. pag. 390.
80) über den Waſſerkopf. Wien 1812.
81) Abhandlung über die veneriſche Krankheit. p. 432.

Jos. Frank [82]) urinae secretionem mat
nimis parcam aliquando hunc morbum in foe
excitasse, tradidit.

In causis, quae post partum hydrocep
lum chronicum fovent, praesertim habenda s
habitus scrophulosus, omniaque momenta, qu
eum provocare valent, ut domicilium humidu
nutrimenta vilia, grossa, difficilia concoctu
farina parata, aër corruptus, irritationes e
dentitione vermibusque proficiscentes, per
naces ac diuturnae alvi obstructiones.

Vehementes quoque impetus in eas parte
quae cavo cranii continentur hoc loco praete
eundi non sunt, ut ictus, plaga, casus, quib
meninges vasaque cerebri concutiuntur, exte
duntur et paralytica fiunt, eorumque exhalati
et resorbtio turbari potest.

Suppressi chronici et acuti morbi cutis, u
scarlatina, morbilli, tinea, scabies [83]) herpe
crises imperfectae hydrocephali acuti.

Morgagni [84]) ex nimia animi intension
hunc morbum procedentem videbat.

Dreyssig et *Sachtleben* permagnum frig
et calorem hydrocephalo chronico causam poss
praebere contendunt. *Pet. Frank* rupto vas
lymphatico in ventriculis cerebri eum oriri ob
servavit.

Oppresso fluxu aurium atque crebro emeti-
corum usu eum provocari traditum est.

Sanguinis congestiones ad caput praesertim

---

82) praxeos medicae universae praecepta.
83) Eckmark dissert. med. in Sandifort thesaur. diss. p. 328
84) de sedib. et caus. morb. Epist. XII.

›tae ſunt ad hydrocephalum chronicum ſerio-
bus vitae annis provocandum.

Prognoſis.

Hydrocephali chronici congeniti prognoſis,
ım tantopere conſtitutione individui affecti
ımplicatus ſit maximamque partem productio-
:m abnormalem cauſam habeat, ſemper fere
ıſſima exiſtimanda eſt, praeſertim quod attinet
ı ſtatum valetudinis. Quod attinet ad vitae
uturnitatem melior quidem eſt, quum exem-
a exſtent, hujusmodi aegrotos 54 annorum ae-
tem adeptos eſſe. Talem prognoſin permulti
m veteris quam recentioris temporis medici
ſtituunt.

Quantumvis periculoſus morbus hydroce-
ıalus chronicus omnino ſit habendus, non ſem-
:r tamen utique lethifer eſt dicendus, ſed tum
uptionis periodi, tum aliae quaedam conditi-
ıes ſunt perpendendae. *Roſenſtein*[85]), *Sacht-
ben*[86]), *Richter*[87]). *Itard*[88]), *Goelis*[89])
ri Cel. de omnium aegrotorum, qui aut nati
.m hoc morbo ſint, aut in quibus ultro, mox
ıſt natales exoriatur, ſalute deſperant; et cum
erumque maxime vitioſum atque imperfecte
rmatum ſit cerebrum, idcirco omnino vana
irrita eſſe debent omnia medicatricis artis cona-
ına naturalis ac perfectae formationis reſti-
endae; et causa morbi tam alte corpori eſt
ıpreſſa, ut medelae faciundae nullus utique
perſit locus.

35) in libr. cit. pag. 642.   86) in libr. cit. pag. 396.
37) Anfangsgründe der Wundarzneikunſt. Göttingen 1802.
Tom. II. p. 216.
38) Dict. des ſciences medicales Tom. XXII. p. 244.
39) in libr. citat. pag. 99.

I. Vose [90]) mentionem facit infantis h... domades septem nati, hydrocephalo laboran... mox post partum formari coepto, cujus am... tudo tum mire jamjam increverat, aqua ... paracentesin detracta, fauste curati. *Hein. Gree... wood* [91]) aequali modo hydrocephalici quin... cim menses nati pueri, per incisionem aqua li... rati, mentionem facit. Hicce puer post inc... onem institutam sanus robustusque erat. Ita... medicorum supra commemoratorum sentent... adsentire non possumus, persuasi, fieri utiq... posse, ut hydrocephalo mox post natales exor... medearis.

Auspicatior prognosis est, cum serius po... natales et lente evolutum malum fuerit, et om... nino illucescentibus causis. Deinde et secun... dum praedisponentia atque excitantia moment... enuncianda est prognosis. Hydrocephali chro... nici prognosis in provecta aetate semper est mal...

Curatio.

Pro vario tempore originis hydrocephal... chronici, et prout symptomata ejus maturiu... aut serius agnoscuntur, curatio quoque, secun... dum singula, quae medicus prosequitur, propo... sita, diversa est.

Omnes medici ea in re conveniunt, hunc morbum, si ante partum ortus jam sit, semper fere esse incurabilem, quamquam, si mature diagnosin rectam constituere jam liceret, ad vitam prolongandam haud parum ars conferre posset.

---

90) Meckel's Archiv für die Physiol. 1819. Tom. v. p. 266.
91) Kleinert's Repertorium 1830. Heft vi. S. 121.

Curatio igitur hydrocephali pro vario me-
icorum propofito triplex eft:
a) curat. prophylactica.
b) — palliativa,
c) — radicalis.

Prima haec curationis genera maximi funt omenti, quum morbus primo originis tempore, fatis mature et recte cognofcitur, facilius re-imatur aut major ejus et celerior propagatio hiberi poffit, quam periculofus morbus aperte fe jam oftendens ferius cura radicali exftirpa-r. Cura palliativa ibi indicata eft, ubi alia raque fine effectu eft, aut omnino adhiberi n poteft.

a) Curatio prophylactica.

Non folum medici fed etiam educatorum . Ille autem parentes, quorum liberi ad hunc orbum periculofum difpofiti funt, monere ne nittat, ut in malum inftans vertant animum remediis ad eum praecavendum utantur. Me-cus autem in hac cura adhibenda longius pro-dere, et jam ante vitam infantis hydrocepha-i utilitatis aliquid afferre valet. Quod *P. Frank* *Goelis* [92]) experientia edocti funt, parentum ae ratio faepe fola caufa effe videtur, ut li-ri hydrocephalici gignantur. Hic cafum tra-lit, quo mater perpetuo inebriata hydroce-alicos peperit liberos. Nonne, fi quis abufum rituoforum ei diffuafiffet, liberis fequentibus gnae utilitati hoc fuiffet?

Pet. Frank [93]) foeminam feptem deinceps eros hydrocephalicos peperiffe, enarrat. Ars

) in libr. cit. pag. 78.
) in libr. cit. Libr. IV. pag. 537—341.

ſatis mature intercedens majorem evolutio hic inhibere, neque minus, quamquam p morboſe affectae nec conſervare nec in int tatem reſtitui potuiſſent, ad vitam tamen longandam certe aliquid proficere valuiſſet.

Praecipue omnia, quae ſanguinis con onem ad caput efficere poſſunt, quantum poteſt, vitanda ſunt. Inter haec numeranda intenſio virium animi nimis matura, diaeta tans omnesque potus incitantes; praeterea o cauſae traumaticae, ut caſus, ictus, plaga, minus calefactio et refrigerium capitis ab hu modi infantibus removendae ſunt.

b) Curatio palliativa

tum intercedit, ſi morbus, ſive fruſtra adhi ſive juſto tempore omiſſa cura radicali, in diri non potuit, quominus longius progred tur. — Ejus propoſitum igitur eſt, ut vita groti, quamdiu fieri poſſit, conſervetur et t rabilis fiat. Si ſpasmi convulſionesque adſ aptiſſima remedia antiſpasmodica praeber idque ſpectandum, ut ſecretiones et excretic ſuſtineantur eaedemque ſegnes et lente pr dentes conſerventur et incitentur. Situs i neus aegroto magnopere benignus eſt, eum defendet ab angore et vertigine. Hydrocep lus ſi congenitus et jam dudum adfuit, medi tentationibus heroicis et incertis abſtineat, q aegroto vitam non ſervant, ſed potius mal conditionem ejus intolerabiliorem aut vi breviorem reddunt.

c) Curatio radicalis

dividitur in curam primariam et ſecundaria

A. Curatio primaria, ſi ſalutarem eam vis, ſtudioſe, ſolerter et, ſi caſus poſtulat,

ue instituas, naturae in hoc malo nil commit-
as, cum morbus diutius permanens, vitae peri-
ulum facile offerre possit.

Medela hydrocephali chronici duplici in-
licationi i. e. *causali* et *essentiali* satisfaciat; id-
irco dirigatur:

1) in causas morbi remotas,

2) in causam morbi proximam, vel in na-
uram morbi i. e. in eas factorum vitae affec-
iones, ex quibus morbus ipse progreditur.

---

1) *Indicationi causali* satisfacere, vel cau-
as hydrocephali remotas profligare, idcirco
lifficillimum erit, quia saepissime abditae pror-
us habentur, nec ab aegrotulorum parentibus,
ec ab adstantibus et nutricibus possunt indicari,
t medicus ipse, vel accuratissima instituta exa-
ninatione, eas detegere nequit. Saepissime quo-
ue medicus in aegrotorum auxilium non prius
ocari solet, quam morbus ita excultus est, ut
ndicatio causalis non amplius locum habere pos-
t, et causae remotae in augmentum morbi agere
essaveruut, ut harum profligatio supervacanea
t. Si vero unquam casus occurrant, quorum
ausae pateant, in eas primum medicus studium
onvertat, et quam primum fieri potest, remo-
eat. Prae ceteris respici debent diaeta vitiosa,
nala vitae ratio, momenta noxia tempestatis,
uibus aegrotus expositus est; refrigerium, ca-
or nimius, domicilia humida et frigida.

2) *Indicationi essentiali* persequendae locus
ari potest vel sub initium morbi ante volumen
ranii praeter normam adauctum, vel in morbo
rogresso, quando morbi diagnosis morboso ca-
itis et calvariae incremento, supra omnem du-

bitationis aleam posita est. In utroque casu si mora festinandum est, ut congrua medendi methodus naturae morbi adaptetur. Hancce morbi naturam in qualibuscunque casibus ex laeso inter exhalationem et resorbtionem aequilibrio, altera prae altera praeter normam adaucta, pendere, sponte elucet. Nisi igitur cachexia quaedam, vel potius dyscrasia adest, quae morbo ansam praebet et dum perdurat quo minus feliciter morbus sanetur, prohibet, nil aliud nec medici fieri et in scopum medelae institui potest, nisi laesum inter exhalationem et resorbtionem aequilibrium in integrum restituatur.

Quando vero cachecticus status, vel dyscrasia quaedam hydrocephalo chronico ansam praebent, omnia medendi conamina frustanea erunt, nisi antea hae complicationes deletae sunt. Idcirco necesse erit, ut congrua remedia, peculiari humorum conditioni adaptanda in usum vocentur, donec cachexiam vel dyscrasiam succorum exstinguere contigerit.

Quo facto, vel (si pravam succorum conditionem detegere nequimus) statim et sub initium medelae, licebit, ea adhibere remedia quibus laesum inter exhalationem et resorbtionem in tunicis serosis cerebri aequilibrium restituatur et latex jamjam secretus et stagnans removeri possit.

Duplex est methodus in hancce finem adhibenda, et duplice modo dictae indicationi satisfacere possumus, per *methodum pharmaceuticam* et *methodum akiurgicam* vel *operativam*. De utraque fusius differere eo magis necesse erit, quo magis medicorum sententiae di-

triusque effectu et de fucceffu ex hujus vel illius
oplicatione fperando, discrepant.

a) *Methodus pharmaceutica.*

Goelis [94]) hanc folam adhibendam et ido-
eam effe contendit, quamvis alii ut *Plenk*, *Fei-
r*, *Girtanner* plane eam rejiciunt. Attamen
ajor medicorum numerus, plurimique recenti-
is temporis eam adhibendam effe putant, in
ıa opinione *Fabricius*, *Storch*, *Frank*, *Dreyffig*,
ichter, v. *Portenfchlag* confentiunt.

1) *Hydrarg.* muriatic. mite. *Goelis* hoc
medium ob mirandum effectum, quem hoc in
orbo praeftat, divinum vocat. Hic aegroto
ıotidie $\frac{1}{2}$ — $\frac{1}{4}$ gr. praebebat, ita ut diarrhoea
on profequeretur; praeterea tonfum antea ca-
ıt mitra lanea, quae antea unguento, ex una
ırte unguenti Neapolit. et tribus partibus un-
ıenti Juniperi parato, oblinebatur, tectum eft.
Qua quidem curandi methodo *Goelis* et in
ıdio evolutionis et praefentis jam formationis,
men nonnifi in infantibus bene nutritis utebatur.

2) *Diuretica* et *Draftica* a multis commen-
ıta funt, ut a *Monro*, *Rofenftein*, *Richter*.
igitalis purpurea a *Thompfon* [95]) et *Percival*
mmendata eft. *Haafe* ufum eorum certis tan-
m fub conditionibus commendavit; unde fe-
ıitur, haec remedia in hydrocephalo chro-
co non tantam utilitatem proferre, quam in
iis hydropis generibus, ideoque inter auxilia
ntum habenda effe.

3) *Diaphoretica* *Monro* et praefertim
vans [96]) collaudant.

---

94) in libr. cit. pag. 108.
95) Mediz. chir. Zeitg. 1814. pag. 275.
96) Richters chirurg. Biblioth. Tom. IX. pag. 680. 1788.

In remediorum externorum numero su[…]

4) Veficatoria valde commendanda fu[…] magnaque laude efferuntur [97]).

5) Poftremo fonticuli, fetacea, arte fa[…] ulcera et unguenti Antenrithii inunctiones u[…] potiffimum profuerint, cum ex fuppreffis ex[…] thematibus capitis, morbus fuerit oriundus.

Quae quidem et interne et externe ap[…] cata remedia, inter quae hydrargyrum prim[…] locum obtinet profperum interdum habere [...] funt effectum, potiffimum, fi morbus recens [...] liquoris collecti copia parva adhuc eft. N[…] lominus, quamquam fumma cautione ufit[…] faepius, nil emolumenti praeftant, fed cav[…] cranii in dies magis magisque mirum in mod[…] increfcit.

b) Methodus operativa, mechanica.

Quodfi malum magnos jam fecit progreff[…] aliaeque rationes curandi nil praeftant, ad h[…] curandi genus confugiendum eft, quod duplex e[…]

1) compreffio capitis,
2) aquae remotio per incifiones, per Pa[…] centefin.

1) *Compreffio* commendata eft, quippe qu[…] et reforbtionem incitaret et partes extenfas [...] magnitudinem normalem reducere valeret. Com[…] preffio ligaturis five emplaftris ligantibus effic[…] tur, quae quidem tam firme applicantur, qua[…] aegrotus fuftinet. Hujus remedii applicatio d[…] ficillima eft, quamquam recentioris tempor[…] fcriptores ejus utilitatem collaudant [98]) *Be[…] nand* [99]) hisce emplaftris ligantibus utebatur.

97) Comment. of Edinburgh. Vol. v. p. 11.
98) Lond. med. and phil. Journal. Oct. 1821.
99) Lond. med. Repofitory. Vol. XX. Oct. No. 118.

2) *Paracentesis*

ntiqua est; *Hippocrates* [100]) capitis paracente-
n jam commandavit; *Pare*, *Wepfer*, *Muralt*,
etit tamen casus memoriae prodiderunt, qui
avum habebant eventum, quod aquae totam
piam simul prodebant.

Le Cat primus erat, qui omnem aquam non
nul sed paullatim evacuabat; nihilominus ope-
tionis eventus pravus erat.

Fr. W. Oppenheim [101]) hisce fere verbis de
ijus operationis utilitate disseruit: Morbo quam-
s longe jam progresso, attamen chirurgus, etsi
nationis spes abest, operatione absistere non de-
et, cum medicus ejus loco nil, nisi certam mor-
m praebere possit. Nonne in tali casu, quo nil
ljuvat, via maxime adeo desperata ingredienda
t, quamdiu minima spes superest? Etiam si,
sce conditionibus nonnunquam mors operatione
nnullis horis vel diebus acceleretur, num hic
grotus operatione interfectus dicetur, cum a
edicis sine cura et auxilio destitutus est? Vetus
ud proverbium, anceps remedium melius
am nullum hoc rerum statu certe observandum
etc.

Medici igitur esse censeo, inquit, accuratissime
servare ac diagnosin constituere, nec si, malum
esse, persuasum sibi habet, remediorum interno-
m usui diutius fidem habere, sed punctionem ca-
tis aggredi, cujus utilitas non solum in aquae re-
otione, sed etiam praecipue in eo quaerenda est,
od postea, sublata pressione, remedia antea
ustra adhibita, vim suam exercere queunt, ma-

---

oo) de morb. cur. apud Foes. Libr. II. Tom. 1. p. 466.
o1) Rust's Magazin. Bd. 24. S. 54.

laque inter vaſa abſorbentia et exhalantia propor-
tio tollitur.

Hoc loco collectio caſuum, quibus paracen-
teſis facta eſt, indicata eſt:

Le Cat [102]), infans quarto die poſt opera-
nem mortuus eſt.

R. Remmert [103]), infans trigeſimo pri-
die poſt operationem mortem obiit.

Witmore [104]), infans octavo die poſt ope-
tionem mortuus eſt.

James Voſe [105]), huc infans ſanabatur.

J. Glover [106]), infans mortuus eſt.

Freckelton [107]), ſeptem hebdomadibus pr-
terlapſis infans obiit.

Lizars [108]), ſex menſibus poſt operation-
praeterlapſis infans deceſſit.

Hood [109]), duobus diebus praetergreſſis
fans mortuus eſt.

Callaway [110]), poſt viginti hebdomades
fans mortuus eſt.

Syme [111]), infans circiter poſt ſeptemdec-
hebdomades mortem obiit.

Money [112]), infans tertio menſe poſt o-
rationem interiit.

Rob. Brown [113]), aegrotus poſt quinque he-
domades mortuus eſt.

---

102) Philoſ. Transact. Vol. 47. p. 267.
103) Richter's chirurg. Biblioth B. v. St. 4. pag. 654.
104) in libr. cit. 1822. Heft 4.
105) in libr. cit. Vol. IX. pars II. pag. 354. 1818.
106) in libr. cit. 107) in libr. citat.
108) in libr. cit. 109) in libr. cit.
110) Americ. medic. Record. July 1821. pag. 452.
111) Edinburgh med. and ſurgic. Journ. Oct. 1825 pag.
112) in libr. cit. 113) in libr. cit.

Rob. Gray [114]), infans quadragesimo die ost operationem mortuus est.

J. Halbrooch [115]), eventus operationis ignous est.

Froriep [116]), hicce casus tunc temporis boam spem admittebat.

Fr. W. Oppenheim [117]), infans sexto die nortuus est.

Casus recentiores paracentesis peractae:

Dr. Lee's [118]), punctio hydrocephali chroici, qui tertio mense 27 digitos in circuitu habeat. Infans viginti dies post novissimam operaionem obiit.

H. Greatwood [119]) puer hydrocephalicus uindecim menses natus, ad somnum semper ropensus capite incidit in humum. Qui erigeant eum, clavum crassum, capiti infixum conpiciebant, quem chirurgus accessitus duram natrem in parte superiore suturae lambdoideae nistrae perforasse dicebat. Chirurgus cum speillum, quo laesionem inquirebat, retraxisset, foramine facto, aquam fontis instar prosilire, t intra quatuor dies tres plenas pintas paullaim effluere, videbat. Sanato vulnere, puer eleriter reconvalescebat, nunc quatuor et dimiium annos natus est, bonaque fruitur valeudine.

Oppenheim ex operationibus factis haec deonstravit:

---

114) in libr. cit.
115) Lond. med. Repository 1825. Vol. 1. p. 224.
116) Notizen Bd. v. Oct. 1825. No. 109. p. 224.
117) in libr. cit. 118) in libr. cit.
119) Kleinert's Repertorium 1830. Heft vi. S. 121.

1) operationem nullo modo functiones or-
ganismi puerilis turbare.

2) neque noxium momentum in cerebrum
et meninges exercere.

3) internam cerebri partem, totius nervo-
rum ſyſtematis centrum quodammodo eſſe in-
ſenſibile(!)

4) maximas ejus deletiones functiones non
impedire, quominus normaliter procedant; ma-
gnitudinem igitur et formam cerebri nil confer-
ad ejus functiones.

5) Omnia refutantur, quae ab ejus opera-
tionis adverſariis proferuntur, quae praeſertim
ad malum longe jam progreſſum ſpectant.

6) In parvo mali gradu felicem operatio-
nis exitum a priori promittunt.

7) Quaeritur, annon in ipſo hydrocephalo
acuto haec operatio inſtitui poſſit.

Nec dicta argumenta, ſi accuratius exami-
nantur, nec caſus morbi, ab auctore noſtro rel-
operationis paracenteſeos praeſtantiam ad liqu-
dum demonſtrare valent. Minime poterit nega-
ſucceſſum operationis in qualicunque morbi caſ-
eſſe ancipitem, in plerisque adeo lethalem. Ind-
patebit, hancce operationem non niſi in caſu co-
clamato, reliquis remediis mitioribus fruſtra ad-
hibitis, eſſe inſtituendam, et in qualicunque hu-
jus morbi caſu cauti et circumſpecti medici eſſ-
ad operationem paracenteſeos nunquam confu-
gere priusquam methodum pharmaceuticam fru-
ſtra tentaverit. —

Inter omnia remedia, methodum pharm-
ceuticam conſtituentia nullum hydrargyro in-
terne et externe adhibito praeferendum eſſe ce-
ſeo, niſi ſtatus humorum vere cachecticus huj-

ılutiferi remedii applicationem vetet, atque rohibeat. Nullo modo poterit negari, quanum in formando hydrocephalo ſyſtematis lymhatici a normali via aberratio confert, quantas n eo efficiendo illius ſunt partes. Idcirco effetus hydrargyri muriatici mitis, in ſyſtema vaſoum lymphaticorum ſumma cum vi agentis, inıper ſuccorum qualiumcunque derivationem per ractum inteſtinalem molientis non niſi ſalutifer d certum usque gradum eſſe poteſt. Inunctioes unguenti hydrargyri cinerei, ad effectum ydrargyri interne adhibiti augendum et adjuandum, potiſſimum ſi in locum affectum inſtiıuntur, aptae eſſe debent. Nil vero obſtat, quo ıinus hydrargyro muriatico miti, per os ſuıendo, herba Digitalis purpureae, reſorptionem umorum ſeroſorum efficaciſſimo modo augens osque per urinam excernens, jungatur, parva uidem et refracta doſi, ne nauſea et vomitus inde riens ejus applicationem diu continuandam proibeat.

Dicta remedia optimam curam pharmaceucam conſtituere perſuaſum mihi habeo, — ſi ero, uti ſaepius fit, nihil proſunt, ſi morbus – non obſtante eorum applicatione — ſenſim ıagis magisque creſcit et in dies in majorem graum excolitur, ſi ex preſſione aquae vel lymphae agnantis in cerebrum crebro ſpasmi cientur, uos paralyſes ſingularum partium ſubſequuntur, ſenſorium magis magisque paralytica affectione ɔrripitur, ſi nulla remanet alius exitus ſpes niſi oſt miſerrime protractam vitam miſerrima ıors, ſi ſtatus cachecticus invincibilis morbo anm praebuit et eousque excultus videtur ut hyrargyri uſus vel prohibeatur vel cachexiam

univerſalem majorem reddat, tunc credo ve
axioma: „anceps remedium melius nullo“
quoque valere et operationem paracenteſeos a
tentandam. Quam ſi ſuperaverit aegrotus a
remediis, ſupra laudatis, in ſyſtema vaſorum ly-
phaticorum erit agendum ne lympha operati
evacuata rurſus accumuletur, morbusque pa
ſanatus recurrat.

B. *Curatio ſecundaria.*

Reconvaleſcentibus, qui boni ſunt appe-
tus, nutrimenta neceſſaria neganda non ſu
cavendum vero, ne ventriculum nimis onere
nec ſumant aliquid praeter cibos nutrientes fa
les concoctu. Commendanda tandem medioc
vini doſis, commoratio ſub dio, animi exhil
ratio, praeſervatio refrigerii, infrictiones arom
ticae et ſpirituoſae.

VITAE CURRICULUM.

go *Joannes Theodorus Pfalzgraf*, evangelicae religioni
llictus, natus ſum Wolgaſtiae urbe Pomeraniae cite-
ris anno MDCCCVII, die tertio decimo menſis Mar-
. patre *Davide Pfalzgraf*, munere chirurgi fungente,
em anno praeterlapſo mortuum quam maxime lugeo,
matre, e gente *Ahrend*, qua adhuc ſuperſtite gau-
). Primis ſcientiae elementis in urbis noſtrae ſcholis
ructus ſum. Tum Gymnaſium Gryphisvaldenſe non-
los annos frequentavi. Anno MDCCCXXVIII Bero-
um migravi, ibique per biennium atque dimidium ſtu-
; medicis-chirurgicis interfui. Hic differentes au-
i: de anatomia, de encyclopaedia et methodologia
dica, de anatomia organorum ſenſuum et foetus, de
yſiologia, de hiſtoria naturali entozoorum Illuſtr. *Ru-
phi*; de oſteologia Illuſtr. *Knape*; de botanice theore-
ı et practica, de hiſtoria naturali Illuſtr. *Link*; de
hologia et therapia ſpeciali, de morbis ſyphiliticis
.ſtr. *Horn*; de chemia experimentali Illuſtr. *Mitſcher-*
; de phyſica, de calore et lumine, de magnetismo
electricitate Illuſtr. *Ermann*; de materia medica Illuſtr.
nn; de pathologia generali Illuſtr. *Fr. Hufeland*; de
rmacia Illuſtr. *Hermbſtaedt*; de chirurgia generali et
ciali, de oculorum morbis, de akiurgia Illuſtr. *Jüng-*
; de arte obſtetricia theoretica et practica, de oſſium
cturis et luxationibus Illuſtr *Kluge*; de angiologia et
.rologia, de ſyndesmologia et aponeuroſibus Illuſtr.
lemm. Artem cadavera rite diſſecandi me docue-
t Illuſtr. *Rudolphi* et Illuſtr. *Knape*.

Vere anni MDCCCXXXI Berolinum cum Alma
phia commutavi, ubi examine pro maturitate aca-

demica rite abſoluto, et teſtimonio maturitatis II. petrato, ab Rectore Magnifico Illuſtr. *Berndt* Albo dioſorum inſcriptus ſum. Inſtitutiones, quibus inte ſunt, quae ſequuntur: Illuſtr. *Stiedenroth:* de enc paedia philoſophica, de pſychologia.

Illuſtr. *Erichſon*: de logice. Illuſtr. *Berndt*: morbis chronicis, de therapia generali, de cholera o tali. Illuſtr. *Schultze*: de anatomia comparata et pa logica. Illuſtr. *Seifert:* de formulari, de arte fa applicandi, de medicina forenſi. Per quinque ſeme clinico medico et per ſemeſtria duo clinico obſtet nec non converſatorio medico, duce Illuſtr. *Berndt* terfui. Clinicum chirurgicum et ophthalmiatricum d Illuſtr. *Mandt* frequentavi.

Vobis, praeceptores illuſtriſſimi, celebratiſſi gratias, quantas animus meus capit maximas, ago; p ceteris Illuſtr. *Berndt* optime de me meritum, pio gra que animo colere nunquam deſinam.

Examine philoſophico, nec non tentamine at examine rigoroſo medico feliciter ſuperatis, ſpero, f ut diſſertatione theſibusque adjectis rite defenſis, ſun in medicina et chirurgia honores in me conferantur.

THESES DEFENDENDAE.

I.

Remedia specifica nulla sunt.

II.

Liquor Amnii nutriendo foetui inservit.

III.

Synchondrotomia plane rejicienda.

IV.

Certa ulcerum sanatio remediis internis effici pote

EXPLICATIO TABULAE.

Haecce tabula significat in historia morbi supra re-
tatae aegrotae Hempel hydrocephalicae caput magis
latere sinistro, ut circumferentia maxima et aberratio
forma naturali magis in conspectum prodeat; simul
lditae sunt nonnullae diametri atque manus sinistra
itus curvata.

Circumferentia hujus capitis, circa os frontis, ossa
arietalia et os occipitale amplectitur 29¾ digitos.

Diameter ab uno osse parietali ad oppositum am-
lectitur 8 digitos.

a. a. Diametrum a mento ad locum fonticuli parvi significat, atque 12½ digitos continet.

b. b. indicat diametrum a medio ossis frontis usque ad protuberantiam occipitalem externam.

c. c. monstrat diametrum a fronte ad nucham, et amplectitur 9¾ digitos.

d. manum sinistram curvatam significat.



b